



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

48. An Confessarius propter correctionem fraternalm debeat, aut possit extorquere complicem? Et an illa peccata alterius tam complicis, quam non complicis in confessione narrata, ita claudantur ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

tingere, ut licet pœnitens dicat se velle per se ipsum immediatè, vel per alium dare notitiam complices ad impedienda mala iuxta suam obligationem, adhuc Confessarius possit differre illi absolutionem, donec de facto sua obligationi satisfecerit. Nam si cut debitor qui sapè proposuit restituere, & non restituit, prudenter differtur postea absolutio, donec prius cum effectu restitutus, quia prudenter timemus, quod post Confessionem non restitutus: sic in nostro casu, quando Confessarius prudenter timeret, pœnitentem non satisfacturum postea sua obligationi, prudenter faceret differendo absolutionem, donec prius rem exequatur: immò addent aliqui, quod debet cogere pœnitentem, ut afferat sibi testimonium denunciationis, vel manifestacionis factæ: ita Bartholomæus Medina 2. *summæ cap. quartæ*, §. 1. hoc tamen videtur nimium: nam in illo foro debemus, & possumus credere pœnitenti circa præterita tam pro se quam contra fe, & quidem debitorem & furem abque alio testimonio absoluimus, quando dicit se iam restituisse. Et hanc doctrinam antequam typis excuderet Pater Lugo, ego mordicus temui, & consului in Sicilia tempore quo pessima illa mulier vocata Tophania prebeat aquam suam venenosam, ex qua tot neces in Regno miserabiliter sublequuntur sunt, ex ignorantia aliquorum Confessoriorum, qui pœnitentes absolutebant.

RESOL. XLVII.

An licet Confessario interrogare de complice in confessione in ordine ad ipsius correctionem, & illam facere de licentia pœnitentis?
Et an hoc sit absolute contra sigillum confessionis?
Et notatur, quod ex hypothesi, quod affirmativa opinio sit probabilis, non tamen ex hoc debet Confessarius interrogare de cōplice in hunc finem correctionis, sed expectare, ut pœnitens id sua sponte declarat, &c.
Ex part. 3. tr. 4. Ref. 112. alias 113.

Sup. hoc in §. 1. **A**ffirmatiū cum aliquibus limitationibus datibus Ref. scqq. & in 10.7. Ref. præter. & in 10.7. Ref. 25. videtur respondendum ex Fagundez *cept. 2. lib. 5. cap. 2. num. 2.* Suarez in 3. part. tom. 4. *disput. 34. scđt. 4. num. 4.* & aliis, penes ipsos; quia talis actio non est de se mala, ordinatur enim ad bonum finem, neque est contra sigillum, quia Confessarius in tali cau loquitur de auditis in confessione ex licentia pœnitentis.

2. Sed tu contrarium tene cum Villalobos in *summæ*, tom. 1. *tractat. 9. difficult. 38. num. 5.* Sylvio in *addit. ad 3. part. D. Thome, quæst. 11. art. 2. concl. 2.* Maldero *tract. de sigillo confess. cap. 17.* Coriolano *tract. de cas. reserv. part. 1. scđt. 3. art. 9.* Rodriguez in *summæ*, tom. 1. *cap. 109. num. 9. in editione nonissima Ledesma in summæ. tom. 1. de Sacram. Pœnitent. cap. 22. concl. 6.* Bañez in 2. 2. *quæst. 35. art. 8. dub. 8. part. 1. concl. 4.* Soto in 4. *sent. disq. 18. quæst. 2. art. 5. ad 4. & nouissime hanc sententiam docent Petrus Fay in *addit. ad 3. part. 9. 11. art. 1. disput. unica.* Petrus Lorca in 2. 2. D. Thome, *quæst. 33. articul. 6. scđt. 3. disput. 45. num. 20. & Nugnus in *addit. ad 3. part. quæst. 11. artic. 2. dub. 2.* vbi oppositum vocat temerarium, & pernicioseum, tanquam ipsius Sacramenta destruēlum; & respondeat ad omnia argumenta, que pro affirmativa sententia adducit Suarez. Et ratio est, quia talis correcțio non potest effici sine iniuria Sacramenti, non est enim negandum multum derogare sigillo confessionis notitiam illius ad effectus adeo extrinsecos; finis etenim intrinsecus Sacramenti Pœnitentiae est, tantum iustificatio pœnitentis, non au-**

tem emendatio complices. Cæteras rationes invenies apud Nugnum. Et hæc opinio est communis in schola D. Thome.

3. Notandum est etiam, quod stando in prima opinione, & ex hypothesi concedendo esse probabilem, non tamen ex hoc debet Confessarius interrogare de persona complices in hunc finem correctionis, sed expectare, ut pœnitens id sua sponte declarat. Neque le inuitet ad faciendam correctionem, etiam si intelligat esse necessarium, sed expectet petitionem pœnitentis, hic enim fortè per ipsum, vel per alium curabit corrigere. Et ita docet Filiccius *tom. 1. tractat. 7. capite undecimo, num. 349.* Vnde appetit multum errare aliquos Confessarios ex zelo indiscreto, & ex ignorantia extorquentes complices à pœnitentibus propter correctionem, unde dum conscientiis alitorum mederi volunt, suam conscientiarum iacuturam faciunt, aiunt Henrique libro secundo, de pœnitent. capite nono, numero decimo, & Fagundez præcept. secundo, libro quinto, capite primo, num. 12. & alij.

RESOL. XLVIII.

An Confessarius propter correctionem fraternandi beat, aut possit extorquere complicem?
Et an illa peccata alterius tam complices, quam non complices in confessione narrata, ita claudantur sigillo, ut sine complices, aut alterius illius peccatoris licentia, effo habeat consensum à pœnitente, Confessor ea reuelare non possit? Ex part. tract. 11. Ref. 39.

§. 1. Porfus negatiū sententiam tenendam esse puto, quam alibi satis docui, & nunc iterum doceo cum Maldero *tractat. de sigillo, capite decimo-septimo*, vbi ex dupli capite exulta improbadum esse si Confessor extorquet complices, ut eum corripiat, aut corripi curat. Primo, quia fit iniuria Sacramento, quod natura sua tale secretum posstulat, quasi detectio esset facta soli Deo, ad solius confitentis emendationem, sed ut non debeat accusatio huius fori ad externum fori derivari, aut ad correptionem alterius. Quare si reuelatio complices non fit necessaria ad explicandum proprium peccatum, non potest Sacerdos alium alium finem eam virgere, & principie cum nec licet pœnitenti eam facere, & vt faciat, siicut iam *supradiximus*, secretum Confessarius id seruare debet. Certè neque proprium nomen, ut alias monimus, tenetur pœnitentis dicere, multo minus sui complices, si non aliud accedit. Si autem est necessaria, potest pœnitentis Confessarius complices secundum dicta superioris reuelare in eum finem, vt se accuset; sed omitti debet omnis correptionis, monitio, punitio complices ex hac reuelatione, quia hæc non est necessaria ad explicandum & emendandum proprium peccatum. Secundò, quia fieret etiam iniuria complices, quia etiam si meritò corripiendus sit, non est tamen necessarium, nisi ordine à Christo præscripto, cui ordinum repugnat ipsum corripi ex sacramentali confessione, cum ipsius secretum haçtenus etiam in favorem complices redundet, vt non possit ipse illo modo prodi per illud, nisi quatenus necessarium est ad explicationem peccati ipsius pœnitentis. Quare etiam in cau quo pœnitens tenetur corripiere Petrum de peccato suo, non est communiens medium, ut Confessario suo reuelet peccatum Petri in illum finem, vt ipsius opera fiat correptionis, si enim alio modo corripiere, aut ad correptionem non venire potest, non tenetur corripiere; si potest, tenetur.

tenerit illum alium modum adhibere, hoc relatio-
nem enim hic modus sit secretus, non tamen
est licitus quia in iniuriam cedit Sacramenti, & quo-
modo sit corripiens proximus, alium modum
Christus constituit. Si licitus esset modus qui est
per confessionem, correptio ordinariæ pro secre-
tione via amplectenda tentaretur per confessionem,
quod esset insigne grauamen Sacramenti. Dein
de diximus *supra* peccata illa secura alterius tam
complicis, quam non complicis in confessione
narrata, claudi sigillo, & quidem sic claudi, ut
fine complicis, aut illius alterius peccatoris li-
centia, eto habeat confessum à penitente, Con-
fessor ea reuelare non possit; non ergo potest de
illis Confessor corripere. Aduerte ergo Confes-
sor, non tibi recte reuelari ad correptionem, quia
securum seruare debes, cum eo ipso minus possis
corripere, quo magis secreto teneris. Præterea
confessio non est initia ut corripias alium, sed
ut te ipsum, si non corripiendo, aut corripiendo,
aut alter peccaveris, accules. Et hæc omnia docet
Malerus *vbi supra*, in quibus miserime feci quem-
dam Confessarium olim cum aliorum scandalo se-
pius deliquisse.

RESOL. XLIX.

An quando quis confiteatur, licet manifestare complicitem vel alterius peccatum, vel Confessarius possit de hoc interrogare ad finem corripiendi peccatorem?
Et docetur, quod si Sacerdos fraude, vi, aut impor-
tuus precibus extorqueat à penitente manifesta-
tionem complicis, aut licentiam reuelandi confessio-
nen, absque dubio grauiter peccat? Ex part. 7. tr. 3.
Ref. 34.

§. 1. DE hac Quæstione fusiū alibi egī, nunc cum Lorca in 2.2. D. Th. disp. 34. n. 19. Dico pri-
mo. Penitens non tenetur manifestare complicem, ut corripiatur; nec Sacerdos tenetur interrogare, aut inducere penitentem, ut manifestet. Probatur eu-
denter. Et quidem penitentem non teneri constat.
Quia non temer, sed raro tenetur secundum gra-
dum ordinis correptionis seruare adhibendo ter-
rium qui corripiat; & si incidat articulus tem-
poris quo ad id teneatur, non tenetur media con-
fessione facere, cum possit extra confessionem, nec
tenetur potius Sacerdotem, cui confiteatur, quam
alium ad hoc munus eligere: est enim mortaliter
impossibile, ut ille solus sit, qui possit prodesse
illi, qui correptione indiget. At vero nec Sacerdo-
tem teneti ad interrogandum, & inquirendum de
complice, manifestum est. Quia nemo tenetur in-
quirere alterius peccatum ut corrigit, ut ex supradic-
tis constat. Et quanvis Prelati aliquatenus inquiete-
re teneantur, sed non tenetur ut tam exquisito
medio. Nulli ergo immixti obligatio huius inqui-
sitionis, & ideo penitens non tenetur responde-
re Sacerdoti interroganti. Et, si sacerdos fraude,
aut vi, aut importunita precibus extorqueat à peni-
tentie manifestationem complicis, aut licentiam re-
uelandi confessionem, absque dubio grauiter
peccat.

2. Dico secundum. Nullo modo licet Sacerdoti dif-
firiere peccatum alterius, & inducere penitentem, ut manifestet illud, etiam si sola blanda per-
suasione inducat. Probatur. Quia inquirere pec-
cata quæ quis corrigit, illicitum est, ut *supr.* proba-
vimus, etiam extra Confessionem: ergo multo po-
tius in Confessione. Nam ultra inordinationem, &
deformitatem, quam continet hæc inquisitio, si fiat

in confessione, iniuria fit Sacramento, quo vitetur
ut medio ad rem illicitam, & quo odiosum &
onerosum illud reddit, tam ipsis penitentibus, quam
aliis hominibus, qui grauiter ferent, actiones
suas, & negotia media confessione manifestari,
& præbetur occasio ut absterrent alios à con-
fessione.

3. Dico tertio. Penitenti tunc licet manifestare
complicem in confessione fine correptionis, quando extra confessionem id facere posset ser-
uando secundum gradum ordinis in corripiendo,
tunc enim si velit confessione vti, & confessari
adhibere ut ministrum aptum correptionis,
non est per se illicitum. Et hoc probat funda-
mentum prioris sententiae, idq; solum S. Thomas,
& alij authores concedunt. Verum tamen, cum
secundus ille gradus ordinis in correptione ser-
uandi raro habeat locum, & cum possit extra
confessionem fieri, & magis expediat, ut extra
confessionem fiat, quia nonnulli odi in sacramen-
tum generat, & cum moralia moraliter definiendā
sint; potius asservandum est, non licere hoc
medio vti ad correptionem fraternalm, quam li-
cere. Porro quanvis penitens valeat manifestare
complicem hoc fine, non inde interfert, sacerdotem
interrogare posse, aut inducere, quia licet
non inducat ad rem illicitam, ipsa tamen inducio-
& inquisitio sibi prohibita est, ut ex dictis constat.
Et hæc omnia præter Lorcam docet Duval. in 2.2.
D. Thom. tract. de corrept. quest. 9. art. 6. Vide etiam
Lopez de Texeda in Theol. Mor. tom. 1. lib. 1. tract. 3.
contr. 6.

RESOL. L.

*An si penitens absque necessitate manifestauit compli-
cem in confessione, teneat Confessarius occultare ta-
le peccatum sub sigillo confessionis?*
*Et curissimè docetur omnia, quæ occasione sui peccati
explicandi penitens in confessione dicit, cadere sub
sigillo, etiam superflue addita sint?* Ex patt. 3. tr.
4. Ref. 110. alias 111.

§. 1. AFFIRMATIUM sententiam docet Malerus ^{Sup. hoc ista}
A tract. de sigillo, cap. 18. qui citat Suarez,
Vasquez, Ledesma, Bañez, Nuguan. Idem etiam ^{Ref. seq. §.}
doct Sylius in 3. part. quæst. 11. art. 1. concl. 12. qui
citat Sotom. Richardum, Sylvestrum, Angelum, &
est communis opinio, quam nouissimè etiam docet
Faber de pan. in 4. sent. disp. 19. q. 2. nica. disp. 34. cap. 2.
num. 3.1. & cap. 4. num. 8.4. Pitigian. in 4. tom. 2. disp. 2.1.
q. 2. art. 8. concl. 3. Villalobos in sum. 10. 1. tr. 9. diff. 7. 3.
num. 1. sic asservens. El sigillo se extiende a todos los
pecados confessados, y sus circunstancias, y a las co-
sas, que son necesarias para declarar los pecados, y
así si el penitente declaró el complice, ora porque
era necesario para declarar el pecado, ó por igno-
rancia (que es muy ordinario) todo esto cae devaxo
de sigillo. Ita ille.

2. His tamen non obstantibus negatiuam senten-
tiam docet Io. de la Cruz in direct. conf. sent. p. 2. de sa-
cram. Penit. q. 6. dub. 2. concl. 2. vbi sic ait: Si peni-
tens absque necessitate manifestauit in confessione
complicem sui peccati, non tenetur Confessor com-
plicem peccatum occultare sub sigillo confessionis, sed
ex solo secreto naturali. Nam tunc peccatum com-
plicis materialiter solum pertinet ad istam confes-
sionem, & sicut ei dictum in confessione, possit dici
extra eam. & sic pro bono communi est manifestan-
dum, sicut alia secreta naturalia, dum tamen non ex-

P R A plieatur